

*III. MILLEFOLIUM AQUATICUM pennatum, spicatum. *

*IV. MILLEFOLIUM AQUATICUM cornutum. *



tates semipalmates, aliquando palmates, ex aqua recti extolluntur Junio & Julio mensibus spicam purpurascens sustinentes, quæ expanditur in flosculos copiosos ultra viginti simul junctos, Anethi semen non magnitudine sed forma referentes, pallide luteos, quibus succedunt capitula quædam nigra & prædura, ac plerumque quaterna aut quina, etiam plura, rotam cauliculi fastigia, quæ super aquam eminent, ambientia, quibus singulis exigua cavitas semen continens inest. Hoc in piscinis provenit, quod in fossa arcis Weckenthal in Alsatia, Nobilissimi D. Wolfgangi Waldneri à Freundstein, primum observavimus. Hoc videtur Tragus Algæ tertiæ vel Algæ Vergilii nomine exprimere voluisse.

40 IV. Millefolium aquaticum cornutum. Hoc ut prius aquis innatat caulibus cubitalibus, tenuibus admodum, ramosis, fragilibus, densè geniculatis, quas folia ambiunt tenuia, capillata, quorum inferiora, cornua cervina æmulantur & exiccata rigescunt, superiora verò tenuiora, tenuiusque divisa: ex ipsis geniculis pediculi trium quatuorve unciarum prodeunt, singuli singulos flores parvos albicantes quadrifolios sustinentes: quibus succedit capitulum parvum, Ranunculi forma, ex quinque senisve granulis virentibus compositum. In rivulis circa Hiltelingam non longè Basilea observavimus primum: dein in fossis horti Montembelgardiaci.

Môpht.

MYRRHIS.

CAP. CXI.

50 MYRRHIS simillima est cicutæ, caule, foliisque: radix ei oblonga, mollis, rotunda, odorata, cibo non insuavis. Quæ pota in vino, phalangiorum moribus auxiliatur: cit menstrua & partus secundos, purgatq; à puerperio foeminas: subvenit & phthisicis cocta in sorbitione. Ajunt quoque eandem bis die terve potam ex vino, in pestilentia salutarem esse, & ne morbi contagia sentiantur, obitare.

a Me. 26.
xviii. i.
que à par
tu sequi
debent.

60 Gignitur in quàm plurimis Italia locis planta quædam cicutæ faciem representans, minor tamen, minimeq; graveolens. Cicutaria nonnullis vocata, quam quidam censent legitimam esse Myrrhim. Sunt deinde, qui pro Myrrhida Angelicam vulgò appellatam accipiant. Alii verò, ut Manardus, illud oleris genus intelligunt, quod Chærefolium vocant. Veruntamen hoc, meo iudicio, nullis notis Myrrhida refert, cum caulis Cicutæ non sit, nec radice usui sed foliorum, sicuti nec illa: tametsi hujus radix à recentioribus in pestilentia miris laudibus commendetur. Quod autem Angelica non sit Myrrhis, ex eo evidentissimum esse arbitror, quod ei folia sint sativæ pastinacæ similia, non quidem multisida, veluti cicutæ. Ceterum si Myrrhis in Italia provenit, nulli sanè mihi hæcenus se obtulit planta, quæ magis illi respondeat, quam hæc cujus hic effigiem pictam exhibemus, quæ quidem longè ab Angelica differt. Sed quoniam ANGELICÆ mentio incidit, ne tam præstantissimam plantam silentio prætereamus, hic fusius de ea nobis differendum est. Hæc itaq; plânta cubitalem excedit altitudinem, caule geniculato, inani, multis alarum cavis referto: folia profert oblonga, per ambitum serrata, in nigrum viridescens: flores albos, in umbellam coherentes: è quibus semen prodit tenue, lentium modo compressum. Radix ei subest crassa

Myrrhi-
dis cōsid.

Angelice
hisor. &
vires.

I. MYRRHIS.

Angelica
sylvestrisAngelice
vires
Matth.

hanc suis inferant antidotis. Datur radice semidrachma una cu Theriaca drachma è sua ipsius aqua, iis qui peste laborant. & deinde sudare coguntur, repetiturq, eodem modo post septem horas. Aliqui enim hoc tantum antidotum sanati sunt. Malsa radix. & dentium cavis imposita, eorum dolorem sedat, quinetiam anhelitum adeo commendat, ut præsumpti alii odorem occultare facile possit. At sylvestris cum acerrimi sit gustus, longè valentius, quàm domestica excalfacit, & siccat. Quare ad quarti ordinis principium accedit. Omnia præstare potest, quæ domestica, sed longè valentius: ceterum non adeo copiosius ea uti præstabit, quòd nimis corpus accendat: mansa enim os, linguam, & fauces maximè urit, atq, inflammat. Myrrhidi jam suas reddamus vires ex Galeno, qui eas l. 7. simp. med. his verbis descripsit. Myrrhis quidā myrrham no-

Myrrhi-
dis vires
ex Gal.

II. ANGELICA SATIVA.

III. ANGELICA SYLVESTRIS.



minant

minant. Radicem habet odoris jucundi, & dulcem, quæ menses movet, & ea quæ in thorace, ac pulmone sunt, expurgat. Nomina.
Itaq; ex secundo ordine fuerit excoalscientium, adjuncta quadam partium tenuitate. *Myrris* ita Græci. *Myrris* quoq;
Latinis dicitur: *Italis*, *Mirrhide*. At *Angelica* *Italis*, *Angelica*: *Germanis*: *Angelick*: *Gallis* *Angelique*. Sic *Angelica* sylve-
stris *Italis*, *Angelica* *salvatica*: *Germanis*, *Wilde Angelick*: *Gallis*, *Angelique* *sauvage*.

I. *Myrrhis* major, C. B. *Myrrhis*, Matth. Cord. in Diosc. Ges. hort. Lac. Dod. fol. Lob. Cast. Lugd. *Myrrhis* vera, Advers. Cerefolium Hispanicum, Tab. An Sefeli Pelopenense, Anguil. II. *Angelica* (ab im-
mensa contra venena facultate) *sativa*, Matth. Brunf. Lac. Ges. hort. Lob. Castor. Taber. *Angelica* *sativa*,
Trago Fuch. Dod. gal. Lon. Lugd. Cæsal. *Angelica* major, Dod. fol. *Angelica* odorata, Camer. *Laferpitiu*
Lac. *Laferpitiu* gallicum, Ges. hort. *Smyrnium*, Cord. in Diosc. Hujus pro Costo in Theriacæ confe-
10 ctione usus esse potest, si *Angelicæ* radice duplum sumatur. Nostra crassiore est radice, quare facile, in ea
genitis vermibus corrumpitur: at *Bohemica* radice est minore & nigricante, quare diutius reservari po-
test. III. *Angelica* sylvestris major, C. B. *Angelica* sylvestris, Matth. Trago. Fuch. Dod. gal. & fol. Lob.
Lonic. Lugd. Thal. Taber. *Angelica* sylvestris montana, Camerario. *Angelicam* in libris Galeno attri-
butis utriq; convenire posse, censet Anguillara.

Myrris.

MYAGRUM.

CAP. CXII.

MYagron, aliqui melampyron vocant, herba est surculacea: foliis rubiæ, pallidis, tripedanea: semen a Meum
λεπτόν, i.
pingue.
oleosum, fœno græco simile. Quod contusum igni torrent, perunctisq; virgis ad lucernarum lu-
mina utuntur. Hoc pingui, scabritias corporis lævigari, atque expoliri constat.

20 * I. MYAGRUM SATIVUM. *

II. PSEUDOMYAGRUM.



30 **S**cribit Ruellius Myagrum frequentissimum nasci in Gallia, ejusq; semine agros bene subactos perinde quasi napsi seri:
quin & sua sponte inter segetes inveniri. Ex semine autem oleum exprimi ait, quo non ad lumina tantum lucerna-
rum, sed ad ciborum quoq; condimenta pauperes utuntur. Addit id à suis *Cameliam*, aut *Camamiam* vocari. Sed ipse
non equidem Ruellio ausim subscribere: quandoquidem non putat fateri me hæcenus Myagrum non vidisse in Italia,
quod Dioscoridis delineationi respondeat. Ceterum eos haud dubie falli crediderim, qui putant, vulgare illud aurei colo-
ris semen, quod aliqui *Drodam*, *Drodellam* alii, nonnulli verò *Dorellam* dicunt, legitimum referre Myagrum. Siquidem Myagri
confid.
hoc foliis rubiæ non emulatur, sed sylvestrem erucam, ut quæ laciniata spectentur: nec semen profert fœno græco simile,
sed papaveris modo exile. Non desunt præterea, qui plantam, quam *Pseudomyagrum* appellavimus, legitimum esse con-
tendunt. Caulem edit cubitalem, ramosum: & folia quæ in eis sunt, glasti, aut thlasti quadantenus similia: floribus in sum-
mitate albis tenuibusq; semine parvo, dulci. Verum cum & hæc rubiæ folia non gerat, sed glasti potius, & semen illi sit na-
sturtii, non fœno græci, non possum in eorum ire sententiam. Nascitur hæc passim in campis inter linum, & segetes, cujus se-
60 men avidissime aviculis expetitur, est enim dulce, & gustui admodum gratum. Modicè excoalscit, atq; humectat. Accedit
omnino ad Sefami vires semen: paratur pariter ex eo oleum, a similibus facultatis. Myagri semen, ut testatum reliquit Ga-
lenus lib. 7. simpl. med. pingue est. Quare si tundatur, oleosum quid effundit, quod emplasticam vim obtinet. Herba, quæ
Græci *Μύρις*, Latinis pariter Myagrum appellatur: *Italis*, *Miagro*. At *Pseudomyagrum*, *Italis*, *Miagro falso*. Quorun-
dam er-
ror.
Dorella.
Pseudo-
myagri.
Myagri
vires ex
Gal.
Nomina.

Cum hoc capite Matthiolus meminerit *Dorellæ*, quæ foliis sit *Erucæ*, & *Pseudomyagri*, quod foliis
est *Gla-*

Z z z

* III. MYAGRUM MONOSPERMON. *



Meum,
& Cam-
phora,
i. par-
va.
Meum
Engid-
m. ligna.
Onagra
confid.

ore, lilio non dissimili: flore rosaceo, magno, a radice candida, longa cum siccata est vinum olente: nascitur in montibus. Aqua, in qua radix maduerit, in potu data, feras mitigat, & cicures facit: illitu quoque tetra ulcera mulcet.

* ONAGRA. *



Onagra
vires ex
Gal.
Nomia.

tera, Camerario. Hæc latiore est folio, flore cæruleo, rarius albo: est & angustiore, & quidem vel in arenosis proveniens, vel in alpibus.

est Glaſti, utramq; figuram adponere viſum eſt. I. My-
agrum fativum, C.B. Dorella, Matth. in Commentari-
is, Cæſal. Myagrum, Dod. gal. Lob. Lugd. Myagrum
Dioſcoridis, Anguil. Myagrum primum, Taber. Ca-
melina Myagrum Lobel. in icon. Camelina ſive Mya-
grium, Dod. fol. Pſeudomyagrum, Camerario in ſuo
Matthiolo II. Myagrum ſylveſtre Glaſti folio, C.B.
Pſeudomyagrum, Matth. Lugd. Sefamum Lac. Lo-
nic. Sefama Trago. Linaria quinta, Eidem. Sunt qui
ſatu tantum à ſuperiore diſſerre velint, verum cum il-
lud foliis ſit ſinuatis & aliquando laciniatis, hoc verò
integris glaſti foliis, diſſerentes facimus. His addere
lubet III. Myagrum quoddam hætenus à nemine de-
ſcriptum, quod monospermon appellamus. Caule
eſt cubitali altiore etiam, recto rotundo, ſtriato, cavo,
variè & inæqualiter brachiato: foliis vulgari viridio-
ribus, latioribus (quorum prima Cichorii fativi mo-
do laciniata) linea alba diviſis, minus Myagri hortens-
is acuminatis, latiori baſi caulem amplexantibus:
floribus luteis quibus accedunt utriculi duri, oblon-
gi, peræ ſimiles, ſuperne in duas extruberantias deſi-
nentes, quorum medio apex durus inſidet: in cujus
utriculi medio cavitas unica, ſemen unicum (unde
nomen) ruſſum, oblongum continens. Hoc primum
in horto Illuſtriſſ. Principis D. Friderici Ducis Wir-
tenbergici &c. Domini noſtri Clementiſſimi, quem
Johannes Bauhinus ejus Cellitudinis Archiater colit,
Bricourrues nomine legimus. Ex Euganeis etiam ac-
cepimus.

ONAGRA. CAP. CXIII. 30

Onagra, ſive œnothera, aut onuris frutex eſt arbo-
ris inſtar, prægrandis, amygdalino folio, ſed lati-
or, lilio non diſſimili: flore rosaceo, magno, a radice
candida, longa cum ſiccata eſt vinum olente: na-
ſcitur in montibus. Aqua, in qua radix maduerit, in potu data, feras mitigat, & cicures facit: illitu quo-
que tetra ulcera mulcet.

T Ametſi memoria prodiderit Theophraſtus libro 9. cap. 21.
de plantarum hiſtoria, Oenothera radicem è vino potam
mitiores mores conciliare, nullum tamen, qui eam mihi offende-
rèt, hætenus licuit reperire, quamvis ad mitigandam omnium
animalium ſeritatem, ne dum hominum quorundam, eſſet opti-
mum utiliſſimumq; remedium. Ceterum ad me ſcripſit cla-
riſſimus medicus Lucas Ghinus Forocorneliensis, ſepius ex Ape-
nino in viridarium ſuum tranſuſiſſe plantam homine proce-
riorem: foliis amygdala, majoribus tamen: flore rhododendri:
ſemine perquam minuto, exilibus teretibusq; ſiliquis contento,
molli ac candida lanugine obvoluto: radice ſubalbida, longa,
ſubter humum repente. Qua ſanè omni ex parte Onagram
reſerre videtur, etſi ipſe quoq; pro certo non auſit aſſerere, hanc
legitimam eſſe Onagram, cum hætenus experientia comper-
tum non habeat, an hujus radix ſicca vinum redoleat, mittet-
que feras aqua, in qua maduerit. pota, ut Dioſcorides teſta-
tur. Onagra meminit Galenus libro 8. ſimplicium medica-
mentorum, ubi ſic inquit. Onagron, aut onothera, aut ono-
thuris. hujus radix areſcèta vinoſum quiddam redolet: ſed &
vini maximè facultas eſt. Quæ ἐνὶ ὄνυχα Græcè, Onagra item,
ſive Onagra Latine dicitur.

Etſi hujus figuram Matthiolus non exhibuerit, at-
tamen cum eam ex Ghini ſententia deſcribat, Iconem
proponere conſultum duximus, quam ad Lyſimachia-
as referendam cenſemus. Dicitur Lyſimachia, Cha-
mænerion dicta latifolia, C.B. Onagra Ghini, ut ha-
bet Matthiolus, Lugd. Cæſal. Chamænerion & Epilo-
bium, Gef. ad Cordum, Thal. Antoniana ſive S. An-
tonii herba maxima, Gef. hort. Lyſimachia vulgo al-
arenolis proveniens, vel in alpibus.

Kipster

Κίρσιον.

CIRSIUM.

CAP. CXIV.

Cirsum, a caulis est tener, duorum cubitorum, b tri-
angulo similis: ab imo foliola, rosæ speciem refe-
rentia, anguli spinosi, per intervalla molles: folia bu-
glosi similia, longiora, subcandida, modice hirsuta,
partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbicula-
tum, hispidum: in quo capitula in summo purpurea,
quæ solvuntur in lanugines. Radicem hujus loco la-
boranti adalligatam, dolores varicum sedare Andre-
as scripsit.

a Meum
καυλίου. i.
caulicu-
lus.
b Meū &
Ca. q. i. p.
tri-
angula-
ris.

Credidere recentiores quàm plurimi rei herbaria periti,
nil aliud esse Cirsum quàm vulgare Buglossum. Sed mi-
hi planè hæc sententia, pace eorum dixerim, resellenda potius,
quàm probanda videtur: quòd Buglosso caulis triangulus non
insit, sed rotundus: quòd ab imo foliola per ambitum aculeata
rosæ speciem non referant, sed longa, & continua prodeant:
quòd deniq, Buglosso flores non evanescent in pappos, sed lan-
guescunt integri decidant, relicto in folliculis semine. Plan-
tam, quàm procul dubio Cirsum referre putamus, nuper Pisis ad
me misit, Clarissimus medicus Lucas Ghinus, cujus etiam hic fi-
guram damus. Nasceitur, ut ipse scribit, in uliginosis locis. Ea
meo quidem iudicio, Cirso maximè ad stipulari deprehenditur.
Cirsi nusquam, quòd legerim, in simpl. meminerunt censu Gal.
& Paulus. Id æquè κίρσιον Græca voce, atq, Latina Cirsum ap-
pellatur. Italis Cirso.

Cirsi
confid.

Nomina.

Cirsum, Matth. Lobel. Lac. Gef. hor. Cast. Lugd.
Cirsum secundum, Dod. fol. Cirsum agri Pisani, Cas.
quod Cirsis montani secundi nomine Clusius historia
Pannonica describere videtur.

Αστέρις Ἀττικὸς.

ASTER ATTICUS.

CAP. CXV.

Aster Atticus a cauliculis lignosis, florem in cacumine habens purpureum luteumve, per ambitum
divisum, anthemidis modo, capitulum, foliolis stellæ modo radiatis: quæ autem caulem ambiunt
folia, oblonga sunt, ac hirsuta. Fer ventri stomacho, ocu-
lorum inflammationibus, proci ducæ sedi, ac b inguini-
bus illitu auxiliatur. Tradunt e purpureum florem, si
ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitiale malum
sentientibus, opitulari. Inguinum inflammationi re-
centem illinire convenit. Si aridus flos sinistra dolen-
tis manu decerpatur, & inguinibus adligetur, dolore
liberat.

a Or. ei
βουβωνί-
α, i. quibus
bubon d.
b Me. xxi
βουβωνί-
α, i. inguinis
tumores.
c τὸ πρὸς
τοῖς αἰσίν-
α, i. ita habet
Meum &
Cat. i.
purpure-
um in
flore.

I. ASTER ATTICUS sive Amellus.

Aster Atticus, qui & Bubonion, hoc est nostris Inguinalis,
dicitur, sibi Attici nomen ascrivit, quòd in Atheniensi a-
gri frequentior, quàm alibi proveniat. Bubonion verò, & In-
guinalis dicta est herba, quòd Bubonum, sive inguinum praci-
puum sit remedium. Asteris porro appellationem accepit, quo-
niam ejus capitula, in quibus flores chamæmali instar emicant
per ambitum divisa foliolis stellæ modo radiata spectantur. Ca-
terum, non desunt, qui nostram sententiam impugnant, quòd
crediderim ego Asterem Atticum eam esse plantam, floribus um-
bilicotentibus melinis. & in ambitu purpureis, quàmq, etiam Ver-
gilianum Amellum esse censemus. Atqui nos non ita facile à no-
stra discedimus opinione, quòd & meum, & Catecuzeni ex-
emplar legant, τὸ πορφυρὸν τὸ αἰσίν. i. purpureum in flore:
quæ verba manifestò arguunt in Asteris Attici flore duplicem
haberi colorem: quòd sit, ut putem in capitis principio, ubi flos
describitur, non ὁ αἰσίν, sed τὸ πορφυρὸν. i. αἰσίν & πορφυρὸν
ἑστῶς, hoc est florem purpureum & melinum. Sed esto et-
iam aliorum iudicium. Verùm non ob id iam mordicus meam
tenebo opinionem, quin velim etiam aliam hic plantam osten-
dere, quàm quidam rei plantaria studiosi Asterem Atticum fa-
ciunt, sed exarinent quoque ipsi antiquam, quàm nos addi-
mus, lectionem. Hujus plantam misit ad me primum Joannes

a Asteris
Attici
confid.

Amellus
Vergili.

Aster At-
ticus al-
ter.

Crato

Z z z 2

* II. ASTER ATTICUS CÆ-
lulus alpinus. *III. ASTER ATTICUS
alter.

Serapio-
ais erra-
tum Aste-
rem cum
Eryngio
confun-
denti.

Amellus
Virgili

Crato Uratylavienfis, Ferdinandi Caesaris Medicus, & vir quidem singulari doctrina praeclitus, quia quoniam florem stel-
la modo radiantem, licet tantum melinum, profert, merito quidem Asterus nomen illi imponendum est. Visitur facies. ex
icone sua ipsius planta: nos tamen eam delineandā esse duximus, ut etiam aliorum posset esse iudicium: ceterum nos priorē
omnino probamus, & praesertim cum in huius flore nihil purpurei habeatur. Hanc Serapio (ut lib. 3. in Eryngii mentione
prodidimus) cum Eryngio confudisse deprehenditur, florum similitudine falsus, qui in utraq. planta stella figuram pra se
ferunt, ceterum non est praetereundum, quod nonnulli Dioscoridis codices reperiuntur, in quibus hoc capite plura legun-
tur, quam supra sint reddita: quia quoniam a doctissimis viris Dioscoridi accrevisse comperta sunt, ideo nos quoque ea ut-
pote adiectitia omisimus. Quod autem adscititia sint, testimonio esse possunt Galenus, Orbasius, Paulus, & Serapio, in
quorum libris illa, quae redundant, nusquam leguntur, et si reliqua, ut solent, bona fide referant. In cuiusiam tamen Apu-
leii libello de plantarum historia & viribus scripto, nonnulla habentur capite de Astore Attico, quae inae facile, quod ferē
eadem esse videantur, huc adiecta sunt: sic enim verba illa sonant. Stellarum radii noctibus collucet: quare qui natu-
ram stirpis ignorant, inane simulacrum se videre putant. Reperitur à pastoribus pecudum. De Amello autem, quem nos
Asterem Atticum appellabamus, & non temerē quidem, ob nonnullas notas, quae illi cum Attica Stella communes sunt, te-
cinit Virgilius libro quarto Georgicorum his luculentissimis carminibus:

Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricola, facili quarentibus herba:
Namq. uno ingentem tollit de cespite sylvam.
Aureus ipse sed in foliis, quae plurima circum
Funduntur, viola subluceat purpura nigra.
Sape deum nexu ornat a torquibus ara.
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curva legunt prope flumina Mella.

Chelido-
don. mi-
nus non
esse A-
mellum.

Amelli
hisor.
Matth.

Verum non possum non mirari stupidum cuiusdam biateronis ingenium, qui Vergilii Amellum eam plantam esse censet,
quam omnibus in confesso est esse Chelidonium minus. Ita enim saepe fit, ut qui alios suggillare sat agunt, si pra invidia aded
caciunt. ut non solum in tenebris oberrent, sed excordes quoque fiant. Vergilius enim Amelli florem descripturus inquit:
Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricola: & deinde subjunxit: Aureus ipse sed in foliis, quae plurima cir-
cum Funduntur, viola subluceat purpura nigra. De foliis intelligens ipsius floris, quia ipsum ambiunt, quaeque colore nigram
imitantur violam & recte quidem, subluceat inquit Vergilius purpura, quod color ille purpureus, qui in illis spectatur folio-
lis, non ita splendidus sit ut in ipsa cernitur viola, sed longē dilutior: quo fit ut non omnino caciatur, qui de planta ipsius so-
liu Vergilius intellexisse censeat Sed purpureus color in chelidonii minoris flore omnino desideratur. Praeterea chelidoniū
minus humi perpetuò repit, nec se unquam in altum extollit: atqui aliter quidem se habet Amellus. Namq. u. uno ingentem
tollit de cespite sylvam. Adde quod Chelidonium illud Verno tantum tempore provenit & deperit. Amelli vero flos Ver-
gilio, in fine aestatis, aut sub Autumni principium apparet: cum dicat: tonsis in vallibus illum Pastores & curva legunt pro-
pe flumina Mella. Id est, legunt Pastores Amelli florem in vallibus & pratis jam satce detonsis. Itaq. fit ut jam ex medico
hiam Vergilius interpretis. Est itaq. Amellus herba, quae caules ab radice mittit rectos, solidos, ac lignosos, colore fuscolurescen-
te. E quibus circa cacumen ramuli oriuntur tenues, in quorum summitate flores spectantur in stella modum radiantes, ut
in An-



in Anthemide aut Belli sed in medio lutei, comantibus circumquaq, foliis diluta purpura nitentibus. Folia profert oblonga, acuminata olivæ figura, minor a tamen, aspera, hirsuta, nigricantia, aspero ac subamaro sapore: quæ autem caulem circumvestiunt, longe minora spectantur. Radicem habet multipidam odore non ingrato & caryophyllorum quid respiciens. Floret in principio autumnus, aut in æstatis calce, Augusto, & Septembri. Flores tandem flaccescunt. & in pappos disiliunt: semine parvo, oblongo, Intubo haud longe abfimili. Nascitur in asperis, incultis, collibus & convallibus. Asteris Attici recens herba (ut Cratevas tradit) cum axungia senio tusa rabiosi canis moribus utiliter imponitur. Turgentia guttura discutit, & incensa serpentes fugat. Hujus meminit Galenus libro 6. simpl. medic. ubi ejus vires retulit hu verbis. Asteris Attici vires Gal.

40 Aster Atticus, alii bubonium vocant, non ob id tantum quod illitum, sed etiam quod suspensum bubonas sanare creditur. Habet quiddam etiam digerens, habet verò non minime & refrigerans quiddam, ac reprimens, adeo ut mista sit facultas, uti rosa: verum id non adstringit: haec Galenus. Sed quoniam Attica stella mihi in mentem redegit Stellariam recentioribus vulgò vocatam, cum & ipsa viribus non vulgaribus sit prædita, eam minime silentio disimulandam duximus. Est igitur STELLARIA, quam alii Pedem leonis, alii Alchimillam vocant, planta, quæ ut plurimum in montibus provenit, præsertim in pratis & pascuis: foliis malvæ ferme similibus, durioribus tamen, & crispioribus, angulis octo distinctis, prominentioribus, & per ambitum serratis, adeo ut latius aperta stella formam referant. Caulis ei tenuis, semicubitalis, lanuginosus, à quo plures exeunt rami in quorum summo flores emicant subpalidi, tenues, stellarum effigie. Radice nititur quæ crassitudine digitum æquat, & longitudine palmum excedit, sapore adstringenti. Erumpit hæc Maio mense, Junio vero flores. Exicat, cohibet, atq, conglutinat. Efficax est pota sanandis non solum internis viscerum vulneribus, sed & sinuosis ulceribus: quinetiam extrinseca vulnera glutinat. Expeditur Germanis chirurgis, mirtis, laudibus celebratur: quippe qui eam felici successu vulnerariis potionibus admisceant. Arida pulvis in sui ipsius decocto, aut cum aqua ejus stillatitia sumptus, enterocolis medetur. Datur idem pulvis ex vino, aut jure cochlearis mensura, quindecim aut viginti diebus, mulieribus, quibus adempta sit concipiendi facultas à nimia uteri humiditate, quæ injectum semen contineri prohibet & steriles facundas reddit. Stillatitia ejus aqua pota, tum etiam in vulvam indita, alba mulierum profluvia mirifice sistit: adeo ut ejus quoq, diutina injectione, corrupta ab incorruptis vix dignosci possint, restrictis mirum in modum summeis locis: quod tum celerius, tum efficacius præstat, si in ejus decocto infideant. Quin & laxas procidentesq, mulierum mammæ contrahit, & duras solidasq, efficit, si lintea in ejus decocto, aut stillatitia aqua intincta manus sæpius imponentur, diutiusq, importentur, præsertim hypocistide, equisetis, stypteris, siccasq, rosas admixtis. Planta, quæ Græcis ἀστὴρ ἄττικος: Latini item Aster Atticus sive Bubonium nominatur: Arabibus, ἄστρα τικόν: Itali, Aster Attico: Germanis, Eternkraut: Nomina, Gallis, Aspergoutte mineur, Petite espargoutte, seu petit Mugue. Virgilio, Amellus. At Stellaria, sive Pes leonis, sive Alchimilla: Itali, Stellaria: Germanis, Eymmauw: Gallis, Pie de Lyon.

I. Aster cœruleus vulgaris, C.B. Aster Atticus sive Amellus, Matth. Lac. Castor. Lugd. Aster Atticus, Fuchf. Dod. gal. Cord. in Diosc. & hist. Gef. hort. Lonic. Lugd. Aster Atticus purpureus, Fuchf. in icon. Aster Atticus flore cœruleo, Camer. Thal. Aster atticus primus, Dod. fol. Aster Atticus Fuchfii latifolius, Clus. hist. Pann. Tinctorius flos primus, Trag. Quædam in montibus, ad Anthyllidem secundam referenda, Cæsalpino. II. Asterem hunc Atticum cœruleum alpinum, Cam. in suo Matthiolo habet, qui priore minor est & floribus cœruleis, foliis item non dissimilibus, qui licet radice se propaget, papposa

tamen semina quoque gignit, & interdum ad radicem globuli tumentes villosi, foliolis adnascuntur. III. Aster luteus foliolis ad florem rigidis, C.B. Aster Atticus alter, Matth. Lugd. Aster Atticus verus, Gesl. hort. Aster Atticus seu Bubonium, id est, Inguinaria, Lobel. Aster Atticus flore luteo, Clus. hist. Hispan. Aster Atticus luteus latifolius, Camer. Aster atticus Massilioticus, Taber. Aster Atticus, Cæsalp. Aster luteus alter, Lugd. Oculus Christi, Eidem. IV. Aster luteo flore, aliis Conyzæ species, Camerario in

* VI. HEP TAPHYLLON
alpinum sericeum. *



ISOPYRUM.



Nomina

Matthiolium, cuius hæc est descriptio. Caules profert mediocres per quædam intervalla radicis repentis & se propagantis, ab inferiore parte demissis fibris re-
ctis, quæ aliquantulum odoratæ sunt, sapore aroma-
tico modice ad cinnamomi saporem accedente, sub-
acri. In summis caulibus duos vel tres ramulos ha-
bet, quibus flores lutei disco in medio apicibus con-
ferro insident, qui tandem in pappos abeunt. Folia
per caules alterna hirsuta, nullo pediculo duabus
quasi alis eadem amplectuntur. Nascitur in salti-
bus. Hactenus Camerarius: Sed de hoc in historia
nostra plenius. V. Pes leonis, à foliorum forma, vul-
gò Alchimilla, quod Alchimistarum præconiis sit ce-
lebrata: (in hac figura sculptor hirsutiem neglexit.)
C.B. Stellaria, Matth. Castor. Lugd. Stella herba ita-
lis quibusdam, Gesl. hort. Pes leonis, Brunf. (cui &
Leontopodium) Fuchf. Lon. Alchimilla, Trag. Lon.
Dod. gal. & fol. Lob. Cæf. Tab. Alchimilla vulgaris,
Cam. Drosera seu Drosium, Cord. in Dioscoridem.
VI. Heptaphyllum alpinum sericeum, quod Stella-
riæ argenteæ nomine Camerarius suo Matthiolo ad-
jecit. Ex radice dodrantali, crassiuscula, nigricante,
ramuli bini aut terni, teretes, firmi, pedales, genicu-
li exeunt, ex quibus folia, maxime ex radice, longissi-
mis pediculis donata, prodeunt: ut plurimum in se-
prem (interdum quinque & novem) partes ad pedi-
culum divisa, stellæ modo disposita, supernè viridia,
& averfa parte argenteis pilis nitentia, extrema folio-
rum parte (quod sculptor omisit) crenata: flores ra-
mularum extremis numerosi, muscarii ritu conglo-
merati, parvi, stellati & candidi, insident: quibus se-
men minutum, ex luteo viridi vaginulis inclusum
succedit. In Helvetiorum (ut monte Fraeto) Allo-
brogum, & Rhætorum alpibus, locis herbidis & pra-
tis provenit. Altringentis est saporis, Pedi leonis &
sapore & viribus simile: quare Alpini hujus radicem
tritam & potam ad undecunq; manantem sangui-
nem commendant, imò de collo suspensam narium
hæmorrhagiam cohibere narrant. Sic & siccatam
radicem tulam jussculis dysentericorum inspergunt.
Dicitur Argentaria, Herba stella, sive Pedis leonis
species, Gesl. in Fraeto. Argentaria petraea. Eidem lib.
de hor. Argentea heptaphyllos montana, Camerario
Heptaphyllum, Clus. hist. Hisp. Pentaphyllum alpi-
num petrosum & minimum, Lob. in ico. Quinquefo-
lium alpinum, Tab. Alchimillæ alterum genus, Cæf.
Tormetilla candida, Lugd. Germanis, Berg Syn-
nauw/Stein Synnauw.

ISOPYRUM. CAP. CXVI.

Isopyron aliqui phasiolon ob similitudinem vocant
quoniam folium, quod est aniso simile, in pampi-
nos torquetur: capitula sunt in summo caule, tenuia
plena seminis, melanthii gustum imitantis. Contra
tussim, & cætera pectoris vitia, semen ex aqua mulla
bibitur: hepaticis, & sanguinem excreantibus utile.

Etsi alias scripsi haud mihi contigisse antea verum Isopy-
rum invenire, postea tamen factum est, ut ejus plantam
cujus hic imaginem damus, ab amicis optimis consecutus.
Nascitur in campis, & apricis collibus. Ea enim Isopyrum,
(meo quidem judicio) per omnia refert. Quod Græci ισόφυρον,
Latini etiam Isopyrum vocant.

Isopyrum quid sit, ambigitur. Fabius etenim Co-
lumna Aquilegiam esse statuit: trifolium palustre,
censuit

cenfuit Dod. hift. Gallica. At quam Matth. hoc loco expreffit, non videtur aliud effe quàm Melanthium fylveftris nomine fuperius propofitum: ab eo tantùm foliis inferioribus Anifum referentibus, differens. Hunc imitari funt, Caftor, Durantes, herbarii Lugdunenſis author, & Tabernæmontanus.

ſic neg. p. 10.

VIOLA PURPUREA.

CAP. CXVII.



Viola purpurea folium habet hedera minus, tenuius, ac nigrius, nec multò diſſimile: cauliculus à radice medius prodit, in quo ſtoſculus ſuaviſſimè olens, purpureus: opacis, & aſperis naſcitur. Refrigerandi naturam habet. Folia per ſe, & ex polenta illinuntur apriſſimè ſtomacho æſtuant, & oculorum inflammationibus, ſediq; procidenti.

Sunt in Violarum genere non modò purpurea, ſed etiam ſcandida frigidiſ & uliginofiſ loci naſcentes, proſuſta. men inodora, de quibus nihil, quod extet, memoria prodidit Dioſcorides. Ha numerofa proveniunt in Ananienſi agro ſupra Tridentum, ubi menſe Aprili adeò copioſe florent, ut ſi longè proſpiciantur, oculos fallit, & extenſa lintea videantur. Sunt & alia quæ aureo ſunt colore, adeò in colorandis floribus occupatur natura. Eſt & genus, Ocſipenti primum mihi viſum, cujus purpurei flores numerofiſ ſtipantur foliolis, odore omnium jucundiſſimo. **ARBORESCENTEM** autem **VIOLAM** è Baldo monte in agro Veronenſi allatam, odore perquam jucundo, mihi dono miſit Franciſcus Calzolarius pharmacopæus Veronenſis, cujus flores illiſ perſimiles ſerè habentur, qui in Regali conſolida viſuntur. Creſcit hæc duorum cubitorum altitudinis, pluribus ab una radice ſublatis caulibus, in quibus folia violæ purpureæ anguſtiora, per ambitum denticulata, atq; paribus intervalliſ diſtincta: flores edit purpureos. Alij præterea flores per aſtatem Majo & Junio menſibus viſuntur tribus reſerti coloribus, ſuperne purpurei, in medio candidi, inferius verò lutei, forma purpureas violas referentes, aſpectu gratiſſimo, cum tamen nullo & ipſi commendentur odore. Prodeunt hi ex

Violæ purpureæ confid.

Violæ arborescentis meatio.

quadam planta, cui primo exortu folia inſunt rotunda, per ambitum ſerrata, quæ tamen per incrementum in longitudinem deſciſcunt. Conſtat hæc caulibus triangularibus, quadantenus ſtriatis, & intus concavis, quibus paribus inter-

* II. VIOLA MARTIA MULTIPlici flore.

III. VIOLA ARBORESCENS.



2224

vaſſu

IV. JACEA SIVE FLOS TRINIT.

V. JACEA ALTERA.



Jacea.



10

20

vallis genicula supereminet, è quorum eoncaro ramusculi
exoriantur, quibus flores dependent. Nascitur in campis, &
passim seritur in hortis, & viridarius. Vocant hanc nonnulli
FACEAM, alii verò HERBAM TRINITATIS à
triplici florum colore. Verum an hac illa sit Jacea, quam ad
intestinatorum ramices magnificiunt recentiorum quidam,
nondum satis compertum habeo. Quamquam non desunt qui

affirment, hanc esse de qua modò sermo est, eamq; symphyti facultatibus pollere: quemadmodum etiam sunt, qui eandem
agere spirantibus, & pulmonum inflammationibus, non obscure opem ferre tradant: quin & scabiem sanare, & cetera cu-
in vitia delere. Hujus duo observavimus genera, alterum majus, alterum minus. At qui crescit hac minoribus ac breviori-
bus foliis: in minore flores & minores habentur, & duobus tantum coloribus micantes, nempe caruleo, ac candido, aut
luteo & albicante. Nascitur pariter iisdem in locis, & seritur in hortis. Praeferuntur amba ad puerorum tormina, & pre-
sertim stillatitia earum aqua pota. Herba tota illita, aut in pabulo data sanat sues angina laborantes. Violarum purpu-
rearum facultates exquisitè descripsit Mesues inter simplicia solventia, unde hac decerpimus. Viola temperatum, conve-
niensq; sunt medicamentum, quo immutantur mala humorum qualitates, & natura eorum solvitur. Praeferuntur qua
primo vere florent, solis ardorem, qui vim resolvit, minimè experta, nec imbris diluta. Viola refrigerant, & humectant
ordine primo, cum tamen sicca minus refrigerent, & minus humectent. Recentibus quadam inest humiditas, quae obrundit
caliditatem, à qua potior est vis. Quapropter siccat a humiditate, quae in superficie continetur gustu amaritudo deprehen-
ditur, quae à calido provenit, qui prius sub humido delitescit. Quo fit, ut exsiccata magis calida, minusq; humida habeantur.
Humiditas quae superflua recentibus inest, alvum emolliendo ciet: verum arescens, dejectoria sunt facultatu, non quod
emolliant, sed quod dissolvant. Viola in summa soporifera sunt, refrigerant, calidos dolores mulcent, inflammationes ex-
tinguunt, leniunt, & solvunt. Earum succus, & syrupus ex eo factus ventrem leniunt. Macerantur in aceto, quod valentius
ardentissimis conferant febribus. Fit ex viola oleum, in eo diutius maceratu: ceteris tamen praestat, quod ex immaturis
olivis, aut ex dulcibus amygdalis exprimitur. Viola bilem educunt, ejusq; fervorem mitigant. Conferunt capitis doloribus,
quos caliditas excitaverit: somnum conciliant: pectoris, & aspera arteria scabritiem leniunt, medenturq; anginis & co-
lumella vitis: praecipuo autem auxilio sunt pectoris, & lateris inflammationibus: sitimq; arcent. At quae sicca sunt, je-
corn obstructiones referant, inflammationes discutiunt, & morbo regio laborantibus opitulantur. Hactenus de Violis Me-
sues. Parant hac atate è violarum recentium diluto, quo pluries viola fuerint macerata, dejectorium Syrupum, quemad-
modum & ex rosas rosaceum, quo dejectoria alvi gratia recentiores medici in pleuritide utuntur, uncias quaternas, vel
quinque exhibentes. Violarum vires tradidit Galenus lib. 6. simpl. med. sic inquit: Viola folia aqueam & subfrigida
substantiam superantem possident: proinde tum per se, tum cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponun-
tur & ori ventriculi astuanti, & oculis: hac Galenus. Ex quibus abundè palam est non novisse Galenum, sicuti & cete-
ros veteres. Violas dejectoria facultate citra noxam praeferas esse. Viola nigra, & Viola purpurea sic Latinè dicta, Graecis
λεωδαρ, & λεωδαρ vocatur: Arabibus Senefigi, Sonofrigis sive Benesefegi: Italis, Viola porporea, & Viola mam-
mola: Germanis Merken Biolen: Hispanis, Violeta: Gallis, Violettes, Violes de Mars & Carafme. At Viola arborescens:
Italis, Viola arborea. Sic Jacea seu Herba Trinitatis: Italis, Jacea, seu Minuti pensieri: Germanis, Greissamtraut:
Gallis, Pensées, aut Menues pensées. At Jacea, sive herba Trinitatis altera: Italis, Jacea, seu Minuti pensieri minori.

Viola, quasi vitula, Graecis λεω, ab Ιο Puella in vaccam à Jove conversam, dicta censetur: genera plura
sunt, quae non solum odore florum, sed & forma & florum textura differunt. I. Viola Martia purpu-
rea, odora, simplex, C.B. Viola purpurea, Matth. Fuch. Cast. Lugd. Cae. Viola sativa, Brunf. Viola nigra,
Dod. gal. & fol. Cor. in Dios. Viola Martia odorata nigra, Trag. Viola Martia purpurea Tab. Viola, Ges.
hort.

hor. Lon. Viola martia præcox purpurea, Lob. in icon. II. Viola martia multiplici flore: hæc floribus numerosis foliolis constantibus à priori differt, quæ mangonio majore etiam redditur flore: quare Costæus in Mesuem meminit dictæ quæ Byzantii colitur martiæ similis, sed flore infinitis foliolis constructo, & Rosam Damascenam æquante, magnitudine & odore etiam nostrates superante. Et nostra colore variat. Viola nigra flore pleno, Dod. gal. Viola dasypodion, rectius dasiphyllum, Gef. hor. Viola purpurea flore pleno, Cast. Viola flore multiplici, Dod. fol. Viola martia purpurea, flore multiplici, Lob. Tab. Viola cærulea floribus numerosis foliis constantibus, Cæf. III. Viola Martia erecta, C. B. Viola arborefcens, Matth. Cam. Viola fruticosa, Gef. hor. Mater violarum Dalechampii, Lug. Viola martia elatior, Cluf. hist. Pan. IV. Viola tricolor hortensis. *καλὴ* Theoph. C. B. Jacea five flos Trinitatis, Matth. Jacea major, Cast. Herba Trinitatis, Brunf. Trag. Fuch. Dod. gal. Lon. Gef. hort. Viola tricolor, Dod. fol. Violæ nigrae persimilis flos, Gef. hor. Viola flammea, eidem. (& Antora quorundam) Cæf. Lugd. Viola flammea colore, Lob. Viola Trinitatis, Tab. Viola multicolor, Cam. Viola tricolor seu septicolor, Thal. Flos & magnitudine & colore variat. V. Viola bicolor arvensis, C. B. Jacea altera, Matth. Jacea minor, Cast. Herba Trinitatis sylvestris, Trag. Violæ nigrae persimilis arvensis minor, Gef. hor. Viola sylvestris, Lob. in icon. Viola flammea minor, Lugd. Viola trinitatis minor, Tabernæmontano.

Κακαλία.

CACALIA.

CAP. CXVIII.

Cacalia, quæ leontice vocatur, folia fert magna, alba: è quibus medius caulis emicat, rectus, albus: ²⁰ florem ferens robori, aut oleæ similem: nascitur in montibus. Radix in vino madefacta, ut tragacantha, delinctu aut manducatu per se tussibus, scabritiis arteriæ medetur. Grana, quæ post excussum florem innascuntur, trita & cum cerato illita, faciem erugant, & cutem extendunt.

CACALIA.



Cacalia, Plinio libro 25. capit. 11. authore, vocatur semen ^{Cacaliz} margaritis minutis simile, dependens inter folia gran- ^{coolid.} dia, in montibus ferè: ita Plinius. Sed non propterea mihi hæcenus contigit Cacaliam reperire in Italia, etsi eam diu quæ-
siverim in montibus. Caterum herbam Cacalia similem testatur se pluries vidisse in Apennini Alpibus Lucas Ghinus Forocornelienfis medicus, rei herbaria diligentissimus inquisitor. solito tussilaginis, majore tamen, aversa parte candidiore, minusc, per ambitum anguloso: caule palmi altitudine, recto, subcandido: in cuius cacumine flores exeunt panicula faciem referentes, muscosi, olivæ instar. Hanc ipse Cacali-
am suspicatur. Equidem hujus viri judicio facile ausim subscribere, quod is in simplicium cognitione diligenter versatus sit, atque inter Italos in ea maxime præstet. Cacali-
am can- ^{Cacaliz} ^{vires ex} ^{Gal.} canon vocavit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, ubi ejus vires reddidit his verbis: Cancani radix facultatem
habet mordacitatis expertem, & modicè exiccantem: essen-
tiam crassam, & emplasticam. Quapropter macerata vino,
sicut tragacantha, & linctæ, arteria asperitates sanat: nec
minus, si quis eam commendat. Succus ejus destuens prodest
arteriæ, similiter ut glycyrrhiza. *Κακαλία* ita Græcè, ut etiam Nomina.
Cacalia Latine dicitur.

Cacalia duplex est, hirsuta & glabra: hirsuta alia tomentosa, alia solum leuiter hirsuta: hujus cum descriptio sit proposita, ejus etiam figuram adposuimus, quæ Cacalia Ghini dicitur, & à Matthiolo & à Joh. du Choul in descriptione Pilati Lugdunensis. Cacalia prima & Cacalia vulgaris incano folio, Cluf. Hist. Pann. Cacalia, Cæsalpino.

Βουνιον.

BUNIUM.

CAP. CXIX.

Bunion caulem edit quadrangulum, procerum, digiti crassitudine: in quo ramuli minutis foliis, ac floribus scatent: folia proximè radicem, apio similia, longè tenuiora, coriandrinis proxima: flores anethi: semen odoratū, hyoscyamo minus. Urinam ciet, exalfacit, secundas evocat: lieni, vesicæ, renib. ⁶⁰ utile. Tam humidum, quam sicci, expressiq; succi caulibus, foliis, radicibusq; usus invaluit ex aqua mullâ.

Ψευδοβουνιον.

PSEUDOBUNIUM.

CAP. CXX.

Pseudobunion palmi altitudine fruticat in Creta, folia, ramulosq; napi ferens, acri gustu. Tormina, atque stranguriam, laterumq; dolores sanant quaterni rami ejus poti in aqua: illiti quoque cum sale, & vino repentes, strumas discutiunt.

Bunium, quod nostri Napum sylvestrem vocant, Plinius videtur posteritatis memoria prodidisse l. 20. c. 4. ubi de napi ^{Bunii} ita scriptum reliquit. Naporum duas differentias & in medicina Græci servant. Angulosi foliorum caulibus florentis, ^{coolid.} & quod

